



**R. P. Ioannis Præpositi Atrebatis, E Societate Iesv, S.
Theologiæ Doctoris, & quondam in Vniuersitate
Louaniensi ac Duacensi Professoris, Commentaria In
Tertiam Partem S. Thomæ De Incarnatione Verbi ...**

LePrévost, Jean

Dvaci, 1629

Qvæstio XIX. De pertinentibus ad vnitatem Christi quantum ad
operationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94249](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94249)

25.

Tertia con-
clusio.Potuit affe-
ctu simpli
habere mot-
us diffor-
mes effici
voluntati
Dei.
Matth. 16.

se se conformare diuinæ voluntati, cum ad hoc sufficeret. 1. ut non displiceret ei ratio, sub qua Deus volebat illam actionem. 2. ut eandem actionem vellet sub aliqua ratione honesta; sic enim abunde se se conformabat diuinæ voluntati etiam in obiecto formali in genere.

Dico 3. voluntas humana Christi potuit simplici & inefficaci affectu habere motus difformes efficiaci voluntati Dei.

Patet ex Matth. 26. vbi Christus orauit dicens, *Pater mi si possibile est, transeat à me calix iste; verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Ex cuius priori parte patet motus quo voluntas Christi refugiebat mortem tanquam naturæ contrariam; posteriori parte patet quod eandem vellet voluntate efficaci; & spectatis omnibus circumstantiis paratus esset obire, ut genus humanum redimeret, & diuinam voluntatem absolutam adimpleret.

Aduerte tamen hunc ipsum motum inefficacem fuisse conformem diuinæ voluntati 1. modo à nobis relato, id est secundum se, & tanquam suæ regulæ & causæ efficienti; quia Deus voluit ut Christus in se excitaret hunc motum fugæ mortis & doloris, ad declarandam veritatem naturæ humanæ & acerbiter penarum quas pro genere humano erat subiturus.

Quæstione.

Petes an per simplicem affectum iam descriptum voluntas humana Christi fuerit difformis diuinæ voluntati solum respectu obiectorum naturæ incommodorum?

Resolutio.

Resp. potuisse etiam esse difformem respectu aliorum; nam simplici affectu Christus etiam doluit de perditione reprobatorum, de vastatione Iudæorum, idque propter rationes sublimiores.

ARTICVLVS VI.

Virum in Christo fuerit contrarietas voluntatum?

Resp. neg.

26.

RESPONDET negatiuè. 1. non fuit contrarietas inter voluntatem diuinam & humanam, nec vlla formalis repugnantia, ut patet ex dictis art. precedenti; quia omnis voluntas efficax in Christo fuit conformis diuinæ voluntati etiam in obiecto materiali, & aliquo modo in formali: inefficax autem fuit cõformis sibi secundum se, ut etiam patet ex dictis; non potuit ergo in eo esse contrarietas voluntatis humanæ respectu diuinæ. Adde motus inefficaces non fuisse de obiecto sub eadem ratione formali, sub qua Deus contrarium volebat; neque eò spectasse ut diuinam voluntatem efficacem irritam redderent vel retardarent.

6. Syn.
Conc. Lat.

2. Nec fuit contrarietas voluntatum in Christo. Est definitum in 6. Synodo act. 4. & 17. & in Concilio Lateranensi sub Martino 1. can. 15.

Prob. omnis Christi voluntas fuit honestissima & prudentissima; ergo non potuit in eo esse voluntatum contrarietas.

Conf. voluntates quæ videntur fuisse contrariæ non tetenderunt in obiectum sub eadem ratione formali, & Christus per inefficacem non conabatur aliam impedire.

QVÆSTIO XIX.

De pertinentibus ad unitatem Christi quantum ad operationem.

ARTICVLVS I.

Virum in Christo sit tantum una operatio diuinitatis & humanitatis?



EGAT. quæ doctrina est de fide explicata superiori quæstione art. 1. Videri potest 6. Synodus act. 2. 4. 8. 17. & Concilium Lateranense sub Martino 1. can. 15.

ARTICVLVS II.

Virum in Christo fuerint plures operationes humanæ?

NOTANDVM S. Thom. non querere an in Christo fuerint plures operationes quoad entitatem, cum constet fuisse plures & numero & specie distinctas; sed vtrum fuerint plures quoad rationem principij, &

Responder vnam fuisse operationem humanam, imò omnes in eo fuisse humanas: quæ resolutione nihil aliud vult, quàm quod omnes Christi operationes etiam partis vegetatiuæ processerint ex perfecto iudicio & vsu rationis, & ex imperio voluntatis. Excipitur visio beatifica; quæ tamen eo sensu potest dici humana, quod procedat ex pleno vsu rationis.

ARTICVLVS III.

Virum actio humana Christi potuerit esse sibi meritoria?

AFFIRMAT; docens Christum meruisse gloriam corporis, & ea quæ pertinent ad eius excellentiam. In quo S. Tho. supponit Christum verè meruisse; quod licet sit verissimum, tamen paulò fufius est ostendendum.

DVBIVM I.

Virum Christus verè & propriè meruerit?

RESP. affirmatiuè. est de fide.

Patet ex omnibus locis Scripturæ, quibus Christus dicitur nos redemisse sanguine suo, nos esse de fide. lauiffe à peccatis nostris, acquisiuisse Ecclesiam sanguine suo. Videri possunt dicta q. 1. art. 2. dub. 3. Patet etiam ex cap. 53. Isaia: *scilicet posuerit pro peccato Israh. animam suam, videbit semen longæum.* Ad Rom. 5. *sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ.* Ad Philippenfes 2. *factus obediens usque ad mortem &c. propter quod & Deus exaltauit illum, &c.* Vbi præpositio, propter, designat causam meritoriam. Psalmo 44. *Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo latiss.* Quo loco particula, propter, licet

licet à varijs diuersimodè explicetur, & quidem probabiliter, potest tamen commodè accipi & à pluribus accipitur, vt designet causam meritariam. Eadem conclusio patet etiam ex Concilio Trid. sess. 6. cap. 7. docente causam meritariam nostræ iustificacionis esse Christum, qui eam nobis meruit.

Prob. 1. mereri est perfectio non repugnans perfectioni Christi vel fini Incarnationis, imò ad illū necessaria; nam economia Incarnationis non potuit subsistere sine Christi merito.

Prob. 2. ex eo quod in varijs Christi operibus fuerint omnes conditiones ad meritum necessariae, 1. opera fuerunt libera. 2. fuerunt honestissima. 3. processerunt à persona grata Deo. 4. omnia fuerunt relata ad Dei gloriam & honorem. 5. fuerunt omnia maioris: quæ omnia patent ex dictis in hoc tractatu varijs quaestionibus. 6. accessit diuina promissio de reddendo premio Christi operibus, vt patet ex loco If. citato. hæc autem conditiones ex communi Theologorum sententia abunde sufficiunt ad meritum.

Peti verò potest num absque promissione non fuisset verum meritum in Christo?

Negant varij: constanter asserit Vasquez 1. 2. disp. 214. & hac parte pluribus locis. sed

Dicendum ipsa quidem Christi opera habitura fuisse condignitatem & proportionem cum premio quantumvis magno, non tamen fuisse paritatem in Deo obligationem, quæ teneretur illis operibus premium reddere, cum Deus omnium dominus seposita suā promissione nulli possit obligari. Porro Deum potuisse non acceptare ad premium reddendum hæc opera quantumvis alijs infinitè digna, colligi potest ex dictis q. 1. art. 2. dub. 4.

Notandum ex dictis q. 7. art. 1. dub. 1. vt opera Christi essent meritoria non fuisse necessariam gratiam habitalem; similiter non fuisse necessarium vt opera ipsa essent supernaturalia in substantia: nam etiam seposita gratia habituali ipsa persona erat Deo gratissima & dignissima, ratione cuius dignitatis omnia eius opera erant cuilibet premio commensura.

D V B I V M II.

Per quos actus Christus meruerit?

SUPPONO 1. non fuisse meritum per actus diuinæ voluntatis, cum per illos mereri non possit; eo quod natura diuina nullum habeat superiorem in cuius honorem possit operari, & cui possit se subternere, & à quo possit premium recipere: vnde Christus per solos actus humanæ voluntatis mereri potuit.

Suppono 2. quod per solos actus liberos fuerit meritum; cum libertas actus adeo sit necessaria ad meritum, vt meritum sine illa nullo modo possit consistere. Hinc fit vt non fuerit meritum per claram Dei visionem: item neque per amorem beatificum (quamquam de eo pauci contrarium sentiant, sed improbabilius) cum huiusmodi amor sit necessarius, neque vnus & indiuisibilis actus possit dici necessarius, & liber. his positis

Dico 1. Christum esse meritum per actum dilectionis proximi: quia potuit proximum liberè amare & mortem subire vt illi bene esset. vbi

Notandum quod videatur probabilis beatos posse elicere amorem liberum erga proximum, quamuis Deum summum bonum ament necessa-

rio etiam quoad exercitium: quia positius amor proximi non est illis necessarius vt diuinam amicitiam conseruent, nec cernunt in proximo rationem omnis boni: ex clarà etiam Dei visione eiusque amore nullo modo necessitatur quoad exercitium ad amandum proximum, & proinde amor illius est liber; qui videtur omnino distinctus in sua entitate ab amore Dei.

Dico 2. meritum etiam est per actus virtutum moralium tã supernaturalium quàm naturalium, etiam circa materiam præceptam; quia vt ex dictis patet, huiusmodi actus liberè exercuit, v. g. liberè orauit, ieiunauit, actum obedientie exercuit; nec præceptum impediuit libertatem actus, vt patet ex dictis superiori quaestione; meruit etiam per actus à voluntate imperatos.

Difficultas est de actu amoris Dei, an per illum meritum fuerit?

Plerique asserunt: pro quo notant, quemadmodum in Christo duplex fuit noticia Dei, scilicet beata & infusa: ita duplex fuerit amor notitiam illam consequens; prior beatificus, per quem vt pote necessarium non fuerit meritum; alter subsequens scientiam infusam, qui fuit liber, & per quem meritum fuerit. Videri potest Med. hic q. 2. Val. disp. 1. q. 19. puncto. 2. Suarez disp. 39. sect. 2. concl. 1. qui plures citat.

Alij negant. Vasquez disp. 74. cap. 3. pro qua plures citat.

Verum videtur distinguendum: si enim agatur de amore quo Christus desiderauerit Deo bona extrinseca, & in illis sibi cõplacuerit, omnino verius est quod per huiusmodi amorem meruerit; v. g. desiderando salutem animarum ex Dei amore, & vt hac ratione Deo honor accedat; item offerendo se morti, & volendo obedire, orare, &c. propter Dei amorem.

Ratio est quod tales actus possint esse liberi etiam in beatis, imò Deus qui se amat necessariò quoad intrinsecas perfectiones potest illa velle liberè. Verum hoc videtur parū differre à dilectione proximi & exercitio virtutum moralium, de quibus egimus in conclusionibus, cum Christus omnes suos actus ad Dei honorem & gloriam retulerit.

Si verò agatur de amore Dei quoad bona eius intrinseca (de quo intelligitur prior sententia) omnino videtur verius quod per illum non fuerit promeritus, vt etiam censet Lorca disp. 72. concl. 3. Ratio est quod non videatur duplex talis amor supernaturalis in Christo constituendus: quamuis enim in eo sit duplex noticia descripta, non tamen idcirco videtur duplex amor constituendus; cum vnum & idem obiectum per vtramque notitiam representetur, quod vnum numero actum potest terminare; ita vt propter illam diuersam applicationem obiecti actus non debeat specie distingui, nec sit vnde numero distinguatur: cum ergo talis actus sit necessarius, vt pote necessariò sequens claram Dei visionem, nullo modo est meritorius.

Nec contra hanc partem facit locus Ioannis 14. vbi Christus dicit, *Sed vt cognoscat mundus quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedi mihi Pater se facio, &c.* quia optimè potest intelligi eo modo quo explicuimus q. 11. art. 2. dub. 2.

2. Potest commodè intelligi de dilectione Dei quæ Christus desiderauerit & procurauerit bona eius extrinseca, iuxta paulò antè dicta.

Aduerte licet sit probabile quod non sit meritum per amorem Dei supernaturalem modo iam explicato; verius tamen est quod meritum fuerit

Conclus. 2. Meritus est per actus virtutum etiam circa materiam præceptam.

Sine meritis per actum aliquem amoris Dei. Affirmant plerique, Medin. Valent. Suarez.

8.

Negat Vasquez cum pluribus. Resp. 1. Meritus est per amorem quo Deo voluit bona extrinseca.

9.

Resp. 2. Non per illum quod intrinseca. Lorca.

Explicatur locus Ioan. 14.

10. Videtur tamen meritum per similem amorem naturalem.

per naturalem; nam Christus talem amorem potuit elicere, cum gratia in eo non impediret quod minus potuerit elicere actus naturales, seu conuenientes intra limites naturae, & nihil impediret quod minus potuerit Deum per vires naturae attingere etiam actu amoris efficaci, qui actus utpote naturalis distinguebatur specie ab amore supernaturali.

D V B I V M III.

II.

Quo tempore Christus sit meritis?

Prima conclusio.
Meritis est primo instanti Conceptionis.
Heb. 10.

Dico 1. meritis est primo conceptionis instanti, ita communiter Doctores. Inducitur à Scriptura ad Heb. 10. *Ingressus mundum dicitur hostiam & oblationem noluisse, corpus autem apostoli mihi: holocausta & pro peccato tibi non placuerunt: tunc dixi, ecce venio. In capite libri scriptum est de me, ut faciam Deus voluntatem tuam &c. in qua voluntate sanctificari sumus, ubi significatur Christum meritum per illam oblationem factam Deo Patri quando mundum est ingressus. atqui ingressus est per conceptionem; ergo.*

Prob. ratione.
Eo instanti habuit perfectissimam vsu rationis.

Prob. ratione. in primo conceptionis instanti Christus habuit perfectissimum usum rationis, & in eo instanti potuit versari circa obiecta quae propter suam bonitatem non determinarent voluntatem, igitur in eo instanti potuit mereri.

2. A primo conceptionis instanti fuit praeeditus virtutibus supernaturalibus & naturalibus, ut q. 7. dictum est: similiter praeeditus fuit scientiâ infusâ, in cuius usu non dependebat à phantasmatibus; ergo poterat actus illarum virtutum eo instanti exercere; cum in eo nulla sit repugnantia, & sit perfectus ut tunc eliceret actus meritorios. Conf. verius est Angelos meritos primo creationis instanti per actus à se libere elictos.

12.

Conclusio 2.
Meritis est toto vitae tempore.

Dico 2. meritis etiam est toto vitae tempore. Cum enim neque per somnum, neque alio modo fuerit impeditus ab exercitio scientiâ saltem infusâ, nihil est quod in illo potuerit impedire vel interrompere exercitium virtutum: unde semper fuit expeditus ad virtutum exercitium; eratque decentius ut nunquam in totum ab actu honesto cessaret dum in hac vita versaretur.

Confirm.

Conf. ex eo quod in huiusmodi cessatione nulla appareret ratio appetibilis.

Ambros.

Quod etiam in infantia sit meritis indicat Ambros. lib. 2. in Lucam de natiuitate saluatoris dicens: *De illius infantia vagientis abluunt sterus, mea lacryma illa delicta lauerunt, &c.*

Habuit verò varia merita in vitâ decursu, quia id est magis consentaneum naturae creatae intellectuali, & varietati virtutum quae fuerunt in Christo: nec quidquam est quod cogat asserere contrarium.

Confirmari potest 1. ex scriptura, ex qua habetur quod orauerit, obedirent fuerit, patiens, &c. Conf. 2. decebat illum dare variarum virtutum exemplum non solum docendo, sed etiam faciendo; ergo.

Coroll.

Ex hac conclusione sequitur si detur vitium instans intrinsicè vitæ, Christum eo instanti fuisse meritis: si verò non detur tale instans, meritis fuisse toto tempore indeterminato usque ad instans extrinsecum; quia vel illo instanti, vel illo tempore fuit viator, & libere exercuit actus virtutum, ut patet ex dictis; cum nulla vehementia tormentorum illum potuerit perturbare vel impedire ne eos exerceret.

13.

3. Concl.

Dico 3. non meruit in separatione animæ, vel

etiam post eam: quia in ea separatione desijt esse viator; status autem viæ secundum legem ordinariam requiritur ad meritum, ut pluribus ostendi solet 1. 2. q. 114.

Hinc sequitur quod Christus non sit meritis quando latus eius in cruce transfixum est, vel etiam post resurrectionem.

Nec obstat quod Christus dicatur nos per mortem redemisse, quia non intelligitur quod per ipsam separationem animæ sit promeritis nostram redemptionem, sed quod per tormenta & passiones quibus ad mortem tendebat; quod indicat S. Tho. q. 50. art. 6. dicens Christum nos redemisse per mortem suam ut erat in feri, non verò in facto esse.

Dices sancti Patres asserunt Sacramenta fluxisse ex vulnere lanceae; ergo Christus meruit cum latus eius transfigeretur.

Resp. negando conseq. quia ut bene ostendit Vasq. disp. 76. cap. 2. sacramenta quae Patres asserunt fluxisse ex latere Christi, non sunt vulgaria Ecclesiae sacramenta, sed ipsa aqua & sanguis, quae sunt sacra signa, aqua quidem baptismi; sanguis verò Eucharistiae secundum aliquos, secundum alios martyrii; secundum verò alios nostrae redemptionis: ita ut licet fluxus ille sanguinis non fuerit meritorius, significauerit tamē Ecclesiam dotatam & redemptam: quod aliqui volunt dicentes ex latere Christi effusum sanguinem in redemptionem.

Quantum fuerit Christi meritum diximus q. 1. diximus etiam an sibi meruerit Incarnationem. his ergo praetermissis

D V B I V M IV.

An Christus sibi sit promeritis gloriam animæ & alia dona supernaturalia?

Questio intelligitur de facto, & suppositis ijs quae cum communi Doctorum sententia ostendimus partim q. 7. partim q. 9. scilicet animam Christi reipsâ ornatam fuisse gratiâ habituali, seu sanctificante, & virtutibus supernaturalibus; praeditâ etiam fuisse lumine gloriæ, & clarè Deum vidisse, atque eundem amore beatifico amasse; & hæc quidem cōuenisse Christo à primo conceptionis instanti, ita ut nullo temporis instanti sanctissima eius anima his perfectionibus caruerit. his suppositis

Queritur utrum illa comparauerit per sua merita: quia in re duplex est sententia.

Prior asserit. pro qua plures videri possunt apud Med. hic q. 5. Suarez disp. 40. sect. 2. Vasq. disp. 78. cap. 1.

Posterior negat. ita praedicti auctores, & plures ab eo citati. Vasq. cap. 2. & alij; ita ut Med. supra concl. 1. non vereatur priori sententiae temeritatis notam inurere; sed immeritò, ut bene ostendit Suarez sup. cum & graues habeat auctores, nec suis destituatur rationibus, quæ illam aliquo modo reddant probabilem: nihilominus

Resp. omnino probabilius esse Christum non esse sibi promeritis hæc dona supernaturalia.

Prob. 1. Christus hæc habuit tanquam proprietates morales ipsam unionem hypostaticam moraliter consequentes, & ratione illius concessas primo instanti; ergo non est illa suis actibus promeritis. Conseq. prob. quod ita concessum est, censetur prius concessum, & proinde prius competere quam operetur persona cui conceditur; item

censetur

conferretur concessum tanquam pertinens ad debitum statum naturæ; ergo antequam persona censeatur elicere actus quibus censeatur illud promereri, seu antequam censeatur liberè operari; cum naturalia prius censeantur inesse quàm ea quæ liberè competunt.

2. Omnino probabilius est primum actum animæ Christi secundum ordinem naturæ fuisse claram Dei visionem, & inde subsequutum amorem beatificum, ad quos actus potentia fuerint sufficienter instructa, scilicet per principia intrinseca proportionata huiusmodi actibus, nimirum lumen gloriæ & habitum charitatis; igitur prius naturâ quàm Christus censeretur ullos actus elicere quibus posset gloriam promereri, eam obtinuit. similiter prius videtur habuisse gratiam; si enim ea non distinguatur à charitate, ex dictis constat eius infusio- nem præcessisse omnem actum per quem tanquam per meritum posset obtineri: si verò distinguatur, cum gratia comparetur ad charitatem sicut natura ad proprietatem, constat secundum naturalem rerum exigentiam eam prius naturâ fuisse infusam quàm fuerit habitus charitatis. Idemque est iudicium de habitu luminis gloriæ propter eandem rationem.

Porro cum virtutes soleant comitari gratiam habitalem tanquam proprietates eam consequentes, conficitur eodem instanti temporis animam Christi habuisse reliquos habitus virtutum quæ non repugnant fini Incarnationis & statui beatifico: & quidem prius naturâ quàm earundem virtutum actus elicere.

Ex quo discursu habetur animam Christi non esse promeritam visionem beatificam, amorè beatificum, eorumque actuum habitus. 2. neque promeritam habitum gratiæ. 3. neque habitus virtutū per actus priorē secundum ordinem naturæ.

Confir. deuit animam Christi à primo instanti operari modo perfectissimo etiam in ordine ad finē supernaturalem, & proinde habere in se principium creatum proportionatum huiusmodi operationi; igitur deuit illam esse instructam habitibus virtutum antequam censeretur operari; cum habitus supernaturales sint principia proportionata talium operationum, sine quibus potentia censeatur incompleta in ordine ad actus supernaturales.

Confir. 2. deuit illam animam Deo substantialiter vnitam se statim ad eundem conuertere per operationem, scilicet per claram illius visionem, eiusdem amorem ac fruitionem, ita ut nullus alius actus censeretur secundum ordinem naturæ præcedere: item deuit eam non minus perfectè in Deum tendere quàm alios beatos, qui nimirum eliciunt huiusmodi actus ex perfecto habitu, & instructi gratiâ habituali; ergo non est promeritus gratiam vel gloriam per actus naturâ præcedentes.

Confir. 3. Christus ratione vniōis hypostaticæ ipsius humanitatis cum Verbo fuit naturaliter hærens regni cælestis & beatitudinis; & proinde statim eam est consecutus, cum non repugnaret illam statim obtineri nec aliunde esset causa dilationis.

Non videtur etiam promeruisse prædicta per actus posteriores secundum ordinem naturæ vel etiam temporis; cum non fuerint concessa sub conditione, sed modo perfectissimo collata, & proinde independenter ab omni merito: præsertim cum moraliter deberent sequi ratione vniōis hypostaticæ.

Ex his autem iunctis ijs quæ obiter attigimus q. 7. art. 10. facile potest colligi Christum non solum

non meruisse gratiam vel virtutes quoad illarum augmentū substantiam, sed nec meritum fuisse earundem augmentum.

Prob. Christus vt constat ex q. 9. art. 2. à primo conceptionis instanti fuit comprehensor & in statu beatifico; status autem beatificus secundum naturalem rerum exigentiam non est meritorius alicuius augmenti eius quod possidetur, vt quoad alios passim supponitur, & patet ex Scripturis, ex quibus patet post mortem non esse locum merito vel demerito. Videri potest caput 5. posterioris ad Corinth. vbi dicitur, Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat unusquisque propria corporis prout gesserit, siue bonum, siue malum. Porro non suppetit sufficiens ratio contrarium asserendi de Christo.

Quod si non fuerit meritis augmentum visionis beatificæ & amoris Dei, nec potest dici promeritus augmentum gratiæ habitualis: cum visio illi respondeat, & aucta gratiâ secundum rerum exigentiam visio etiam augeri deberet. Quod si nec gratiæ augmentum sit promeritus, neque debuit promereri augmentum virtutum; cum auctis virtutibus gratia quoque augeri deberet.

Confir. tam gratia quàm clara Dei visio & amor consequens, necnon virtutes, concessæ sunt à primo instanti conceptionis tanquam proprietates moraliter debitæ ratione vniōis hypostaticæ; & proinde ab eo instanti sunt concessæ in eo perfectionis gradu quo secundum statum Dei legem perfectior esse non posset; cum is solus esset proportionatus vniōi hypostaticæ.

Dices 1. Christo est tribuendus modus nobilior quo gratia & gloria potest obtineri; is autem modus est per merita, & per actus proprios; vt patet in adultis, qui longè excellentiori modo gratiam obtinent quàm paruuli, igitur hic modus Christo est tribuendus.

Resp. negando minorē vniuersaliter sumptam: longè enim est excellentius habere gratiam & gloriam ex dignitate Filij naturalis & per modum proprietatis moraliter consequentis, quàm habere exercitatione & ex meritis. Vnde patet ex capite allato in argumento non esse asserendum Christum promeritum gratiam vel gloriam, & illum longè excellentiori titulo ea obtinuisse, quàm si obtinuisset per merita.

Ad illud quod de paruulis & adultis adducebatur Resp. disparē eorum esse rationem & Christi; cum enim pura creatura non debeatur moraliter alio titulo hereditas cælestis vel gratiæ, mirum non est si sit illis honorificentius eam obtinere suis meritis & tanquam brauium, & proinde si nobiliori titulo eam obtineant adulti extra Sacramenta quàm paruuli, quibus sine vilo suo merito conceditur ratione Sacramentorum.

Dices eò quod gratia & gloria &c. concessæ sint Christo tanquam proprietates, non sequitur illum non potuisse easdem promereri; igitur probabilius est esse promeritum. Conseq. prob. cum modus obtinendi aliquid ex meritis sit magna perfectio non repugnans perfectioni maiori in illo inuenta, videtur omnino ei concedendus.

Antecedens verò probatur, quia nihil repugnat aliquid duobus titulis concedi, vt patet in eo quod redditur alicui ex iustitia propter opus à se præstitum, quod tamen idem simul dari potest ex gratitudine, ita vt donans moueatur ex utroque titulo. 2. parens potest aliquid relinquere filio tanquam hereditatem, simul respiciens ad illius merita.

2. Cor. 5.

19.

Obiectio 1.

Resp.

20.

Excellentius est habere gratiam & gloriam per modum proprietatis, quàm obtinere suis actibus.

Replica.

Nec dici potest gratiam ab initio collatam Christo, fuisse collatam absolute & perfecto modo ab eo possessam ante omne meritum, & ita non cadere sub meritum; quia non est necesse ut omne id quod cadit sub meritum possideatur sub conditione & imperfecte, si forte prius tempore vel natura aliquis illud obtineat: licet enim id verum esse possit quando res nullo alio titulo possideretur, id tamen non est necessarium dicendum quando alius titulus interuenit, propter quem etiam independentem ab omni merito possideretur: in presenti autem talis titulus inuenietur.

Dissoluitur.

21.

Potest aliquid concedi duobus titulis, qui non praecedant actualem rei possessionem.

Resp. neg. anteced. ad cuius probationem dico, licet non repugnet rem quampiam concedi vel deberi duobus titulis, ut etiam ostendimus dub. seq. quando tituli praecedunt actualem rei possessionem, tamen si res pleno iure & perfecto modo possideatur, non potest cadere sub meritum, saltem secundum naturalem modum procedendi, & magis consentaneum naturis rerum: igitur id non videtur Christotribuendum, siue aliis in rigore repugnet, siue non. Et dico non statim aliquid Christo esse tribuendum quod in rigore alteri eius perfectioni non repugnet, sed (nisi ex altiori principio aliud colligamus) tum demum si nihil inuoluat congruo modo procedendi Dei minus consentaneum. Adde etiam videri repugnare aliquem mereri id quod pleno iure & perfecto modo possidet: quamuis enim possemus concipere voluntates conditionatas circa illam rem, v.g. vellem id tali concedere propter eius meritum, si id non possideret, tamen in nostro casu nomine tenus videtur id ipsum habere rationem principij.

Obiectio 2. S. Thom.

Dices 2. S. Thom. quaest. 34. artic. 3. in corpore sentit Christum sanctificatum per proprium actum, & inde concludit eum promeritum fuisse; quod, ut patet ex toto discursu, debet intelligi de merito ipsius gratiae.

Resp.

Resp. quod S. Tho. sentiat Christum non esse promeritum gratiam habitualement, gloriam animae, vel virtutes, clare patet ex art. 3. huius quaestionis.

Explicatur D. Thom.

Ad locum ergo in contrarium allatum dico licet S. Tho. ibi utrumque implicite loquatur, non videri aliud velle quam Christum qui primo conceptionis instanti utebatur ratione, fuisse in eadem sanctificatum per proprium actum, non tanquam preparantem ad gratiam, sed tanquam per dispositionem profluentem ex illa secundum connaturalem exigentiam gratiae; & per eandem actum meritum, scilicet nobis, vel etiam gloriam Corporis: quia in conclusione corporis S. Thom. non addit meritum gratiam, neque id ad scopum illius articuli spectabat.

22.

Dub. 1.

Petes 1. an potuisset mereri gratiam habitualement, & si ijs aliquando caruisset?

Responsio aliquorum.

Aliqui censent hypothesim esse impossibilem, & proinde non potuisse hoc modo mereri gratiam, quia censent gratiam habitualement esse necessariam dispositionem ut natura creata possit Deo hypostaticè vniri. similiter naturam Deo vnitam necessarium eum videre, & ideo non posse naturam irrationalem assumi ad vnionem hypostaticam.

Non placet.

Sed utrumque principium est improbabile, & in superioribus varijs locis refutatum: ostendimus enim sup. q. 2. art. 10. vnionem duarum naturarum in Christo non esse factam per gratiam habitualement; & q. 7. art. 13. gratiam habitualement non fuisse dispositionem preparantem ad vnionem, & animam Christi potuisse carere gratia habituali. similiter q. 4. in dubio 1. artic. 1. ostendimus naturam irra-

tionalem posse assumi hypostaticè. Ex quibus omnibus sequitur nullo modo repugnare animam Christi carere gratia habituali & alijs ornamentis intrinsicis supernaturalibus, & dico, quod si re ipsa ijs caruisset in initio, potuisset eadem promereri per actus proprios, vel supernaturales elicitos ex actuali auxilio, vel etiam per actus naturales; ut patet ex dictis q. 7. art. 1. dub. 1. sub finem: quia persona Christi etiam seclusa omni gratia habituali & virtutibus est infinitè Deo grata, eiusque opera, etiam quae per naturam humanam operatur, infinitè Deo placent, sunt etiam digna quouis premio, ut ibi ostensum est, quamuis sint ordinis naturalis; ergo Christus potuisset promereri gratiam habitualement, si ea aliquando caruisset.

Dices ex dictis videri impossibilem hypothesim; cum saepius dictum sit gratiam se habere per modum proprietatis respectu vnionis hypostaticae, quae proinde non potest abesse.

Resp. negando assumptum. 1. constat proprietates naturales rerum ab ijsdem distinctas posse diuinā virtute ab ipsis abesse, ita ut Deus possit aliquam substantiam creare sine suis proprietatibus realiter ab ea distinctis.

2. Quamuis res non possit existere sine proprietate sua naturali, nullo modo sequitur quod anima Christi non possit carere gratia habituali, quia gratia & reliqua ornamenta de quibus hic agimus, non consequuntur naturaliter & necessitate naturali vnionem hypostaticam, sed eatenus dicuntur se habere per modum proprietatum & quidem moralium, quod sit convenientius & magis conforme dignitati animae assumptae ut huiusmodi donis ornatur; ita tamen ut si secus fieret, nulla esset indecentia respectu Dei; neque Deus etiam posito decreto Incarnationis necessitetur ad conferenda haec dona animae assumptae, & multo minus necessitetur ad illa statim vel sine meritis conferenda.

Petes 2. an Christus potuisset illa eadem promereri etiam si re ipsa illis non caruisset?

Negant aliqui citati à Suarez disp. 40. sect. 1. videturque indicare Med. q. 5. citatā, quibus consentit Vasq. disp. 78. cap. 1.

Sed omnino verius est potuisse: quemadmodum multorum sententiā Angeli & primus homo sunt meriti de congruo gratiam habitualement statim in initio creationis, quam eodem instanti receperunt: & quemadmodum per actum dilectionis Dei super omnia & perfecta contritionis peccator meretur de congruo gratiam sanctificantem, quam eodem instanti recipit. Potuisset enim Christus ita operari, ut actus nullo modo processissent ab habitibus, sed vel à solis viribus naturae, si fuissent ordinis naturalis, vel ab auxilio supernaturali, qui actus propter dignitatem personae fuissent valoris infiniti; ita ut Christus per illos potuisset de condigno promereri quodlibet praemium; ergo & gratiam & gloriam, cum reliquis virtutibus, quas potuisset eodem instanti recipere; quia in hoc ultimo nulla est repugnantia.

Nam primò meritum & praemium possunt esse simul, ut patet in augmento gratiae, quod confertur eodem instanti quo iustus elicit actum saltem charitatis intensiorem habitu praecedente. 2. causa & effectus possunt esse simul, meritum autem comparatur ad praemium tanquam causa ad effectum. 3. in instantaneis via & terminus possunt esse simul, ut patet in generatione & genito. Vnde

ex nullo

Vera resp. Non repugnat animam Christi carere gratia, & sic eam mereri.

23.

Replica.

Soluitur.

24.

Quaerens gratia & reliqua ornamenta dicuntur se habere per modum proprietatum.

Dub. 2.

Med. Vasq.

Resp.

Potuisse eadem promereri, etiam si illis non caruisset.

25.

Declaratur.

similibus.

Prob.

ex nullo capite recensito repugnat Christum per actus primo instanti elicitos mereri gratiam & gloriam & alia quae eodem instanti recipiat.

Non repugnat etiam ex eo quod fides non consistat cum lumine gloriae & clara Dei visione, quia quicquid sit ea de re, meritum Christi non necessarium debuisse dari & fundari in fide, ut patet ex dictis; cum potuisset mereri primo per actus naturales. 2. per opus elicatum ex speciali auxilio. 3. per opus procedens a scientia infusa.

Nec contra resolutionem militat quod a varijs dicitur, gratia quae est principium meriti est gratia imperfecta, quae non potest consistere cum gloria quae est gratia perfecta: nam satis constat ex dictis id non posse hic applicari, cum gratia quae est principium meritorum Christi sit excellentissima, ipsa scilicet unio hypostatica.

Petes 3. an Christus potuisset mereri gratiam habitalem & virtutes etiam si fuissent concessae prius naturae quam exercuisset actus liberos, & ad illos actus concurrissent virtutes.

Suarez disp. citata sect. 2. §. vi. ergo aliquo. indicat potuisse mereri, & aperte sequitur ex sententia eiusdem disp. 10. sect. 4. §. haec sententia ubi censet Christum potuisse mereri Incarnationem per opera subsequenter. Et in praesenti videtur probabiliter suaderi; nam licet dicamus gratiam habitalem in casu hypothese concurrere ad actus meritorios Christi, & ita esse principium meriti, quod iuxta communio sententiam non cadit sub meritum; id non videtur obesse, quia potest optimè intelligi de principio meriti per se requisiti & per se concurrente ad meritum; gratia autem habitualis non ita se habet respectu meritorum Christi, cum, ut patet ex dictis hoc dubio & praecipue q. 7. art. 1. dub. 1. gratia habitualis non fuerit Christi necessaria ad merendum, & conditio meriti Christi non fuerit petita ex illa; igitur non videtur quidquam ob stare quod minus Deus potuerit concedere Christo gratiam habitalem in primo instanti conceptionis, & quidem prius naturae quam ullos actus eliceret; non tamen absolute, sed sub conditione operum, ad quae ipsamet gratia concurreret, & per quae Christus illam ipsam gratiam mereretur: quia opera ut proueniunt a persona infinite Deo grata, possent dici promereri gratiam habitalem, nihilominus.

Respondeo videri probabilius quod in eo eventu non potuisset mereri ipsam primam collationem gratiae, propter rationes allatas supra q. 2. art. 11. dub. 3. quod tenent communissimè Doctores, qui id tractant; & dico non ob stare id quod in contrarium assertur, quia ex hypothese est verè causa & quidem per se operum meritoriorum & illis prior; igitur non potest esse eorundem effectus.

D V B I U M V.

Vtrum Christus sibi aliquid meruerit?

NEC A T Caluinus lib. 2. institutionum cap. 17. §. vltimo.

Sed fide certum est Christum aliquid sibi meruisse. Patet Lucæ ult. *nope hac oportuit patri Christi, & transire in gloriam suam?* Ad Phil. 2. *humiliatus suetissimum factus obediens usque ad mortem mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen &c. ad Hebr. 2. videmus Iesum propter passionem mortis gloriae, & honore coronatum.*

Haec loca conatur infirmare Caluinus dicendo nullam in illis causam denotari, sed solum consecutionem, hoc sensu: Christus passus est, & postmodum intrauit in gloriam suam; seu, effectum est ut post passionem intraret in gloriam suam.

Verum haec explicatio est contra proprietatem sermonis a qua non licet recedere nisi ex illa sequatur absurdum.

2. Est contra Patres, qui censent locis citatis denotari causam, scilicet meritoriam. Ambr. in locum citatum ad Philipp. sic ait. *quid & quantum humilitas mereatur ostendit.* Chryl. homilia. 7. in eandem epistolam in morali expositione, *extremam praestitit Christus obedientiam, propterea accepit & supremum honorem.* Aug. tract. 104. in Ioannem, *humilitas claritatis est meritum, claritas humilitatis est premium.* con similia tradunt alij passim citati, quibus consentiunt Doctores Scholastici. videri potest Cornelius in locum citatum ad Philip.

Eadem veritas probari potest ex cap. 5. Apoc. *dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem & diuitiam & sapientiam & fortitudinem & honorem & gloriam & benedictionem.*

Prob. ratione, Christus quibuscumque caruit in initio conceptionis, ad quae tamen vis meritorum ipsius commodè potuit sese extendere, & quae postmodum habuit; ergo non est negandum quod ea meruit. Antecedens prob. ex dictis constat merita infinita esse sufficientissima ad quodlibet premium obtinendum, & proinde ad illa obtinenda quae Christus initio non habuit, postmodum tamen ei sunt collata. Conseq. prob. respectu talium nihil defuit in Christi operibus ad rationem meriti, & de cetero nobiliori modo ea acquisiuit si etiam acquisierit per meritum.

Verum obijcit Caluinus quod scriptura sapientius inculcet Christum pro nobis venisse, nobis meritum; cum tamen si quidquam sibi meritum fuisset, potius venisset propter se, quam propter nos; unde frigeret illa charitas toties in scripturis commendata.

Resp. concedendo priorem partem assumpti; & addo non contineri in scriptura quod sibi non meruerit, sed contrarium haberi ex locis a nobis citatis; & licet illa conetur detorquere, non tamen adferet aliqua quae in speciem tam clarè negent Christum sibi aliquid promeritum, sicut illa affirmant.

Ad alteram partem Resp. negando, quia propter se non indigebat carne passibili; unde illam assumpsit ex summa erga nos charitate: & licet dum in via versaretur, meritum suum secundario dederit ad acquirendam carnis impassibilitatem, & alia quibus in initio caruit, non propterea frigescit eius erga nos charitas, quia per illa nihil de summa eius erga nos charitate minuitur.

Obijci potest 2. quod quicquid potest concipi Christo accessisse per meritum, fuerit ei debitum ratione unionis hypostaticae: cum ergo idcirco dubio superiori negauerimus illum promeritum gratiam, vel animae gloriam, dicendum nihil potuisse sibi promereri, pro solutione argumenti.

Notandum ex dictis superiori dubio dotes corporis & alia varia non fuisse proprietates quae physice promanarent ex Christi humanitate hypostaticè vnita Verbo, sed morali quadam congruitate & decentia fuisse illi debita, ita ut nisi nostra redemptionis aliud postulasset, dotes corporis statim fuissent.

Explicatio
Caluini
probat.

29.
Prob. ex
Patrib.
Ambr.
Chryl.
Aug.

Apoc. 5.

Prob. ratione.

Obiectio 1.
Caluini.

Resp.

30.

Obiectio 2.

31.

Cur potius
Christus
mereri po-
tuerit dotes
corporis,
quàm glo-
ria animæ.

Resp. ad
obicct.

Coroll. 1.
Meruit ani-
mæ impas-
sibilitatem
& dotes
corporis.

32.

Christus
cur mereri
potuerit
dotes cor-
poris, quas
non mere-
tur animæ
beatæ.

Instantia
Scoti.

Soluitur.

33.

Coroll. 2.
Meruit suâ
resurrecti-
& ascensio-
nem.

Tertium.
Item nomi-
nis exalta-
tionem.

Philip. 2.

Quartum.
Item pote-
statem iu-
dicis.

fuisse collatæ humanitati Christi; quia tamen opus nostræ redemptionis aliud exigebat, illis caruit, ut pro nobis pati posset; posita autem huiusmodi carentiâ, in Christo inueniuntur sunt omnes conditiones ad meritum necessariae; & cum sit nobilius aliquid obtinere per meritum quàm sine illo, quando quis caret ipsa re quâcumvis aliâ debita; sequitur, Christum potuisse illa mereri, & re ipsâ meritum quantumvis alio titulo debita. unde ad argumentum

Resp. negando conseq. & dico aliam esse rationem gratiæ & gloriæ animæ, &c. quod hæc fuerint re ipsâ collata animæ Christi à primo conceptionis instanti, unde præuentum est omne meritum: quæ ratio meriti non est præuenta respectu eorum quibus aliquando caruit.

Ex dictis Doctores varia deducunt. 1. Christum meruisse animæ impassibilitatem & dotes corporis. & quidem impassibilitatem animæ statim post mortem est consecutus; dotes verò corporis post resurrectionem.

Dices 1. dotes corporis debebantur Christo ratione gloriæ animæ.

Conf. si dicatur Christum promeritum has dotes eò quòd aliquando illis caruerit, poterit dici animas beatas mereri resurrectionem, & suorum corporum glorificationem.

Resp. ex dictis patere hoc debitum non repugnare merito.

Ad confirmationem Resp. negando assumptum: quia certum est quod animæ beatæ non sint amplius in statu merendi: unde resurrectio & glorificatio corporum confertur vi antiquorum meritum, vel saltem moraliter debetur ratione status: Christus verò dum in hac vita versaretur erat in statu merendi, ut fide constat; potuit ergo eius meritum sese extendere ad obtinendam gloriam corporis quæ carebat.

Dices 2. non tam videtur meritis gloriam corporis quàm amotionem impediendi. Ita Scotus dist. 18. q. vnic. §. hoc viso.

Sed cum non aliud fuerit impedimentum quàm carentia ipsius gloriæ, non apte dicitur quòd non meruit directè ipsam gloriam corporis: cum amotio consistat formaliter in collatione gloriæ corporis; quemadmodum tenebræ formaliter tolluntur per lumen.

2. Deducunt Christum meruisse suam resurrectionem & gloriosam in celos ascensionem.

3. Deducunt Christum meruisse nominis exaltationem. Quod patet ex cap. 2. citato ad Philip. ad quam exaltationem pertinent testimonia data in baptismo, & transfiguratione; similiter & gloriæ; item annuntiatio natiuitatis eius pastoribus facta per Angelos, & Magis per stellam; adoratio eorumdem Magorum, honor qui per totum mundum illi & sancto eius nomini defertur.

4. Deducunt Christum promeritum potestatem iudicis, seu ut veniat cum potestate & maiestate in fine sæculi ad eos iudicandos quibus sua bona distribuit, & pro quibus est mortuus. Aduerte non esse promeritum ipsum titulum Capitis & Regis vniuersi; nam huiusmodi titulus nihil est aliud quàm effectus formalis humanitatis vnitæ Verbo, vel potius inde resultat: fieri enim nequit ut Verbum hypostaticè sibi vnuerit humanitatem, & Christus etiam in quantum homo non sit caput totius vniuersi.

ARTICVLVS IV.

Utrum Christus alijs mereri potuerit?

AFFIRMAT. quæ doctrina certa est de fide, & patet ex nostra redemptione.

Resp. affir-
est de fide.

DVBIUM I.

Utrum Christus meruerit Angelis gratiam sanctificantem & gloriam?

34.

DVPLEX est hæc de re sententia. Prior affirmat, quam tenet Suarez disp. 42. sect. 1. conclus. 1. qui plures pro ea citat. Valentia disp. 1. q. 8. puncto 3. Cornelius in 1. caput ad Ephes. versu 21. & videtur fauere S. Thom. in caput 1. Ioannis lectione 10. exponens illud, de plenitudine eius nos omnes accepimus; ubi dicit, scilicet omnes Apostoli, Patriarchæ, Prophetæ, & iusti qui fuerunt, sunt, & erunt, & etiam omnes Angeli; & infra, quia plenitudo gratiæ quæ est in Christo, est causa omnium gratiarum quæ sunt in omnibus intellectibus creaturis.

Affir. Suarez
Valent.
Cornel.

Fauere vi-
detur S.
Thom.

Prob. 1. ex Scriptura, Ioannis 14. Ego sum via, veritas & vita; nemo venit ad Patrem nisi per me. ubi particula nemo vniuersalissima, potest etiam Angelos comprehendere. cap. 17. Hæc est vita æterna ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum: ubi rursum videtur indicari nulli obtinere vitam æternam nisi per fidem in Christum. Ad Ephes. 1. Instaurare omnia in Christo quæ in celis & quæ in terra sunt in ipso.

Suadetur
primò ex
script.
Ioan. 14. &
17.

Ephes. 1.

35.

Probari solet 2. ex varijs Patribus; sed eorum testimonia parum vrgent, cum possint commode intelligi de Christo secundum diuinam naturam; quòd scilicet Verbum vel Vnigenitus Dei Filius secundum diuinam naturam Angelis sit causa gratiæ. Videtur tamen vrgere Gregor. lib. 1. in primum Reg. cap. 2. qui ad illa verba, Neque enim est alius extræ, ait; subauditur, sanctus: extra eum sanctus aliquis esset, si absque dono Vnigeniti sanctificationis spiritum habere potuisset. Sed quis hoc asserere audeat de hominibus, quod de Angelis nequaquam constat: locus aliter citatur à Suarez, sed ita habet ut retulimus. & infra; & quia Vnigenitus Dei Deus est, extra eum non est aliquis, quia nemo electorum nisi in ipso est (scilicet quoad statum iustitiæ) quod sic refertur ad diuinitatem, ut nequaquam intellectum humanitatis eius euacuet.

Prob. 2. ex
Patribus,
sed non ad
modum ef-
ficaciter.

Gregor.

Prob. 3. ratione. 1. Deus prius præuidit Christi merita quàm gratiam vel gloriam Angelorum; ergo huiusmodi merita potuerunt à Deo ordinari, ut per illa gratia & gloria Angelis conferretur: & verius est ita factum esse, cum ad gloriam Christi pertineat.

Prob. 3. ra-
tione.

2. Christus est primum in genere gratiæ; igitur alijs est causa eiusdem gratiæ.

3. Angelis facta est reuelatio Incarnationis, & habuerunt illius fidem; cum illud mysterium viderent in Verbo.

36.

Notandum tamen Suarez disput. citatâ sect. 2. conclus. 1. censere Christum non esse mortuum pro Angelis, quia mors solum assumpta est propter homines; unde censet gratiam non esse datam Angelis ex meritis Christi fundatis in morte, sed in alijs actibus charitatis, religionis &c. Porro non esse mortuum pro Angelis patet ex cap. 5. 2. ad Cor. ubi dicitur, si vnus pro omnibus mortuus est, 2. Cor. 5.

Salte Chri-
stas pro
Angelis
est mor-
uus.

2. Cor. 5.

ergo omnes mortui sunt; constat autem bonos Angelos non

non

non esse mortuus morte peccati. Conclusionem 2. censere non esse proprie redemptos, quod potest colligi ex loco ad Cor. citato. Ratio est quod non fuerint sub peccato.

Posterior sententia negat, quam tenent plurimi Scholastici tam antiqui quam recentiores, etiam aliqui qui censent Christum fuisse venturum quamvis Adam non peccasset. Tenet etiam S. Th. in 3. dist. 13. q. 2. art. 2. ad quaestiuiculam 1. quae sententia videtur omnino vetior.

Probari potest 1. ex dictis q. 1. art. 3. si enim Adam non peccante Verbum non sumpisset carnem, consequens est non fuisse collatam Angelis gratiam & gloriam ex meritis Christi, cum Christi meritum supponat Incarnationem Verbi; Incarnatio verò ex hypothesi supponat peccatum Adami; ergo & Christi meritum supponit peccatum eiusdem Adami. Atqui gratia Angelis collata non supponit peccatum Adami; ergo neque Christi meritum, & proinde Christus dici nequit meritis Angelis gratiam & gloriam. Minor prob. Angelis independentem à peccato Adami consecuti sunt gratiam & gloriam.

Conf. peccatum malorum Angelorum supponitur peccato primi parentis, gratia verò tam eorundem quam bonorum Angelorum fuit prior peccato malorum Angelorum, & per scientiam visionis prius à Deo praequisita.

Prob. etiam supposito decreto Incarnationis ante prauium peccatum Adami, pro quo

Notandum 1. omnium sententia etiam eorum qui censent Verbum incarnandum quamvis Adam non peccasset, decretum aduentus Christi in carne passibili praesupponere praescientiam peccati Adami, ita ut Christus non fuisset venturus in carne passibili si Adam non peccasset.

Notandum 2. conditionem seu rationem meriti in operatione, esse moralem quandam conditionem eius secundum existentiam quam reipsa sortitur, non verò secundum solum esse obiectiuum, quod potest habere in mente praemiantis, & secundum alias circumstantias, quas habere quidem posset, nunquam tamen est habitura; ut facile patet exemplis humanis &

Conf. 1. actio meritoria mouet praemiantem ad aliquid concedendum tanquam actio exercita in illius commodum vel honorem; actio autem solum obiectiuè se habens in mente praemiantis non potest dici exercita vel exercenda in honorem illius.

Conf. 2. actio meritoria requirit distinctionem saltem naturarum inter eum qui meretur, & eum qui reddit premium: haec autem distinctio inueniri non potest si actio consideretur prout solum habet esse obiectiuum in mente praemiantis. Adde meritum sub conditione non esse meritum.

Ex his Prob. 2. meritum Christi prout fuit actu secundum ordinem naturae & secundum Dei prauiionem, supponit Incarnationem Verbi in carne passibili, haec autem supponit peccatum Adami; ergo meritum Christi prout reipsa positum secundum naturae ordinem & Dei prauiionem praesupponit Adami peccatum. Ut autem constat, gratia & gloria Angelis collata non supponit illud peccatum, sed est prior, & proinde est prior merito Christi, & collata independentem ab illo.

Conf. Deus solum remunerauit actus Christi quos vidit aliquando futuros & secundum eum statum quo reipsa aliquando exercerentur; & casualitas istorum actuum solum extenditur ad ea

quae possunt censeri posteriora: atqui collatio gratiae Angelis facta non est subsecuta vel in re, vel in scientia Dei actus Christi, secundum eum statum quo reipsa sunt exerciti; ergo gratia Angelis est collata independentem ab huiusmodi actibus.

Prob. 3. Christus non est mortuus pro Angelis, ut etiam fatetur Suarez. sup. ergo non videtur illis gratiam promeritis. Conseq. prob. quia nullo solido fundamento dici potest quod pro ijs meritis fuerit, pro quibus non est mortuus; cum Christi meritum fuerit in morte consummatum, seu omne meritum Christi tribuatur morti ut consummationi: neque enim Christus obtulit singulos actus independentem ab alijs & à morte sua, sed omnes per modum vnius meriti in morte consummandi, ut proinde non videatur illis meritis, pro quibus mortem non obtulit & subiit.

Dices meritum quidem Angelis per mortem, non tamen pro ijs mortuum; sicut licet Christus sibi fuerit meritis per mortem, tamen dici nequit quod pro se fuerit mortuus.

Resp. ad priorem partem dici non posse quod in ea sumitur, nec esse simile id quod adfertur in posteriori parte argumenti: quia Christus solum secundario sibi est meritis, ita ut ex primaria intentione totus fructus mortis ad alios sit relatus; supposito verò quod tam Angelis sit meritis per mortem quam hominibus, dici nequit quod secundario pro Angelis meritis fuerit; id enim est contra hypothesim alterius sententiae, quae debet asserere Christum tam directè & ex eadem intentione obtulisse mortem pro Angelis, ex qua obtulit pro hominibus: igitur si dicatur pro hominibus mortuus, dicendus etiam erit mortuus pro Angelis.

Dices per mortem non satisfecit pro Angelis.

Resp. id non referre, quia nihilominus eadem mors in ratione meritorij pro eis oblata fuerit, quod sufficit ut dicatur pro ijs mortuus.

Prob. 4. Angeli adepti sunt gloriam ante Christum; cum tamen secus videatur futurum fuisse si gratiam ex eius meritis fuissent consecuti: non enim debuissent consequi ante prauium pretium, neque debuissent donari beatitudine ante auctorem salutis suae.

5. Fauere videtur scriptura, quae aduentum Christi non solum perpetuò refert in utilitatem hominum, sed interdum de eo ita agit ut videatur Angelos excludere, ut patet ad Heb. 2. nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahae apprehendit. quod non tantum intelligitur de apprehensione per assumptionem humanitatis, quasi velit scriptura diuinum Verbum non vniuisse sibi naturam Angelicam sed humanam; verum ut ex toto discursu Apostoli patet, eo etiam sensu intelligitur, nusquam Angelos apprehendit ut saluaret; iustificaret. Eodem capite dicit: qui enim sanctificat & qui sanctificatur, ex uno omnes. ubi docet Christum assumpsisse naturam passibilem, & ex eodem esse cum ijs quos sanctificat.

Respondet Suarez particulam, ex uno, denotare Deum, quasi velit Apostolus, qui sanctificat, nempe Christus, & qui sanctificantur sunt ex Deo.

Verum ea interpretatio nullo modo subsistit; quia Apostolus vult probare decuisse Deum consummare Christum per passionem; quia nos eramus passibiles: quae ratio nullo nullius esset momenti, si particula, ex uno, referretur ad Deum, & denotaret id quod vult Suarez; cum etiam fuisset

Prob. 3.

Instauria.

Solutur.

40. Dicitur nequit Christum, licet non sit pro Angelis mortuus, esse meritum Angelis per mortem.

Prob. 4.

41.

Prob. 5.

Hebr.

Ibid.

Explicatio Suarez.

Non adnuitur.

ex Deo, licet non fuisset passibilis. Per illam ergo particulam vult significare Christum fuisse eiusdem naturae & conditionis cum ijs quos sanctificauit. Vnde sequitur, *propter quam causam non confunditur fratres eos vocare*, nusquam autem Angelos vocauit fratres.

Conf. Apostolus eodem cap. dicit; *quia ergo pariter communicant carni & sanguini*, id est, constant fragili carne, & ipse similiter participauit eisdem. Et eius scopus eo tendit ut inculcet nos habere Pontificem eiusdem naturae cum ijs pro quibus saluandis venerat.

Replica.

Dices locum citatum intelligi de ijs qui sanctificantur à peccato: vnde nihil facit ad praesentem quaestionem; nam conceditur Angelos non fuisse per Christum à peccato liberatos & sanctificatos, sed solos homines; inde tamen non habetur Christum non fuisse eis gratiam promeritum.

Solutur.

Resp. concedendo priorem partem assumpti, negando autem posteriorem; quia Apostolus satis indicat nullum sanctificatum per Christum qui non fuerit per eundem à peccato liberatus, & Christum nullum sanctificasse, cum quo non fuerit eiusdem naturae.

42.

Satisfit argumentis prioris sententiae.

Ad argumenta in contrarium allata Resp. S. Tho. loco citato posse explicari quod velit in genere Christum esse Angelis causam gratiae, quod verum est quamuis solum sit causa secundum diuinitatem. Vnde hic locus non urget pro prioris sententia; quemadmodum nec fauet quod habet hac parte q. 7. art. 9. in corpore, ubi asserit gratiam collatam Christo tanquam vniuersali principio in genere habentium gratiam; quia verba generalia explicanda sunt de hominibus, in quibus solis iuxta sententiam eiusdem, ut vidimus, Christus gratiam influxit; nec aliud exigit discursus illius articulo 9. citato. Non fauet etiam quod q. 8. art. 4. doceat Christum esse caput Angelorum; non enim id docet quod censeat influere in illos gratiam sanctificantem, sed quod Angelis aliquam saltem influentiam ab eo recipiant, v. g. illuminentur.

Explicatur S. Tho.

43.

Ad loca Script.

Ad loca scripturae Resp. primum intelligi de hominibus, quorum nemo venit ad Patrem nisi per Christum.

Idem est sensus secundi, ut patet ex ipso textu: nam Christus vult rationem quā homines ad vitam eternam peruenient, esse fidem Dei & Messie.

Ad 3. Resp. sensum illius est quod in Christo instaurata sunt omnia quae in caelis & quae in terra sunt, quia Christus repleuit ruinas Angelorum, dum eius meritis plurimi homines beatitudinem consequuntur; qui replent sedes lapsu Angelorum vacuatas. Instaurauit etiam dum sua passione homines Deo reconciliauit, & ad Angelorum societatem admisit, ut qui antea erant inimici, iam sint socij sub eodem Christo capite, de qua reconciliatione & pacificatione intelligitur id quod habetur ad Colossenses 1. *pacificans per sanguinem crucis eius sine qua in terris, sine qua in caelis sum.*

Coloss. 1.

44.

Explicatur S. Greg.

Ad Gregorium Resp. constare ex ipso textu eum in priori testimonio loqui de vniuerso secundum diuinitatem; nam ostendit aliquem extra Deum fore sanctum, si non haberet spiritum ex Filio seu Vnigenito, quia videlicet Filius est eiusdem cum Patre naturae & potentiae. Secundum Resp. intelligi de solis hominibus, non verò de Angelis, de quibus antea egerat in priori sententia. Posteriori ergo sententia solum docet nullum hominem posse esse iustum qui non habet fidem Incarnationis: & quidem tam Gregorius quam

plerique alij Patres id solum volunt in lege Euangelica; volunt enim post exhibitum Incarnationis mysterium & promulgatam legem Euangelicam, neminem posse sine eius fide iustificari & salutem consequi.

De cetero Gregorium fauere potius posteriori sententiae colligi potest ex homilia 14. in Ezechielem in illa verba: *Ecce murus foris fecus in circuitu domus vndique*, dicit enim, *et murus iste vndique in circuitu domus est, quia Vnigenitus Patris, qui sursum est firmatus Angelorum, ipse deorsum factus est redemptio hominum*. ubi per sursum intelligi potest secundum diuinam naturam; per deorsum potest intelligi secundum humanam; ut patet ex praecedentibus.

Ad 1. rationem Resp. negando assumptum, ut patet ex dictis tum hoc dubio, tum circa articulo 3. quaest. 1.

Ad 2. dico non esse necesse ut primum in quo genere sit causa efficiens reliquorum, sed sufficit si sit causa exemplaris. vnde licet Christus sit primum in genere gratiae, id est, perfectissimam gratiam etiam habitualem obtinuerit, non est necesse ut in omnibus alijs sit causa efficiens vel meritoria eiusdem gratiae, sed sufficit si in quibusdam sit causa exemplaris.

Ad 3. Resp. 1. valde esse probabile mysterium Incarnationis non esse in via Angelis reuelatum, ut tenent Molina 1. parte q. 57. art. 5. disp. 2. Becanus eadem parte tract. 3. cap. 2. quaest. 6. conclus. 3. Lessius disp. de praedestinatione Christi sect. 2. num. 29. quia nihil est quod hoc suadeat. Nam quamuis illud mysterium videant in Verbo, non sequitur quod illud crediderint in via; non enim omnes beati habuerunt fidem in via eorum omnium quorum habent notitiam in Patria; quamuis eorum habeant notitiam, quorum habuerunt fidem.

Resp. 2. licet Angeli habuissent fidem Incarnationis, non sequi quod habuissent gratiam ex meritis Christi; quia eorum fides per quam fuerunt iustificati, potuit respicere Christum ut obiectum, non autem necessario ut causam meritoriam.

D V B I V M II.

Utrum Christus sanobis promeritus omnes dispositiones ad gratiam?

Id negarunt Ferrariensis 4. contra gentes cap. 57. §. an autem. Driedo de captiuitate & redemptione generis humani tract. 2. cap. 2. parte 3. art. 4. & alij quos videre licet apud Suarez disp. 41. sect. 2. Valq. disp. 77. cap. 1.

Horum fundamentum est, quod existiment hoc ipso quod nobis applicantur Christi merita, nos iustificari & consequi peccatorum remissionem: cum ergo multi habeant fidem, gratias praenuntiantes, motus varios, quibus disponi possint ad iustificationem antequam ipsa consequantur peccatorum remissionem, sequitur illa nobis non conferri ex Christi meritis, sed ex sola Dei benignitate.

Verum Doctores communissime tenent contrarium, scilicet Christum nobis promeritum praedictas dispositiones ad gratiam sanctificationis, & quilibet alias.

Prob. 1.

Prob. 1. Ioannis 15. *sine me nihil potestis facere*. quo loco Christus vult quod absque suo in nos influat, nihil possimus facere conducent ad vitam aeternam, neque possimus absque eo inchoare viam ad Deum. In quem sensum eam sententiam intellexit Concilium Arausicanum 2. cap. 7. cum inde ostendat nos nihil posse conducent ad vitam aeternam, absque illuminatione & inspiratione Spiritus Sancti; inde enim patet, Concilium existimare ex loco Ioannis citato haberi, omnem quantumvis remotam dispositionem ad gratiam, provenire ex Christi in nos influxu; qui vique influxus oritur ex eius merito; quod probatur: quidquid Christus nobis obtinuit, & quidquid nobis per eum conceditur, provenit ex eius merito; nam quidquid nobis elargitur, per mortem & passionem suam obtinuit; ergo meritis est.

Ad Ephes. 1. *benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi*, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in caelestibus in Christo. ex quo loco patet non solum gratiam sanctificantem & peccatorum remissionem nobis provenire ex Christi merito; sed omnem planè gratiam & dispositionem ad iustificationem, atque adeo ipsum fidei initium; cum omnis gratia praeveniens, fides, & quilibet pius motus preparans ad iustitiam, sit benedictio spiritualis & caelestis, & particula, *in*, idem valeat quod, *per*, & nihil aliud possit denotare quam causam meritoriam.

2. Ad Timoth. 1. *qui nos liberavit & vocavit vocatione sua sancta*, non secundum opera nostra, sed secundum propositum & gratiam quae data est nobis in Christo ante tempora saecularia. ubi rursus particula, *in* Christo, idem valet quod, *per* Christum, seu per Christi merita ab aeterno praeiusta.

Prob. 2. ex Concilijs. 1. ex Milenitano cap. 4. *signi dixit eadem gratiam Dei per Iesum Christum Dominum nostrum propter hoc tantum nos adiuvere ad non peccandum, quia per ipsam nobis revelatur & aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus quid appetere, quid vitare debeamus; non autem per illam nobis praestari ut quod faciendum cognoverimus, etiam facere diligamus atque valeamus, anathema sit.* Cui enim dicat Apostolus scientia inflat, charitas vero aedificat, valde impio est ut credamus ad eam quae inflat nos habere gratiam Christi, ad eam quae aedificat non habere; cum utrumque sit donum Dei, & scire quid facere debeamus, & diligere ut faciamus. Ex quibus patet fidem & omnem cognitionem supernaturalem esse ex Christi meritis; similiter omnem sanctam operationem. Patet etiam omne donum per quod disponimur ad vitam aeternam, esse ex eiusdem meritis; cum Concilium ex eo concludat nos habere gratiam Christi, tam ut bene operemur, quam ut sciamus, quod utrumque sit donum Dei: censet ergo omne donum Dei (scilicet conducent ad vitam aeternam, seu quod ad religionem & pietatem pertineat) esse ex Christi meritis.

Afferitur etiam eiusdem Concilij caput 3. ubi dicitur gratiam Dei in qua iustificamur esse per Iesum Christum, quasi Concilium per gratiam in qua iustificamur, non solum velit intelligere eam quae constituitur formaliter iusti, sed omnem eam quae preparatur & movetur ad iustitiam. Verum videtur non sit planè improbabile, non est tamen minus probabile eo loco gratiam in qua iustificamur, sumi pro gratia formaliter sanctificante, ut potest colligi ex ipso textu, in quo dicitur eam gratiam non solum valere ad remissionem peccatorum quae iam commissa sunt, sed etiam ut non

committantur; quod aptissime applicatur gratiae habituali seu sanctificanti.

2. Ex Concilio Arausicano 2. cap. 25. ubi postquam tradidisset, fidem antiquorum fuisse ex Dei gratia, addit, *quia gratiam etiam post advenum Domini omnibus qui baptizari desiderant, non in libero arbitrio habere, sed in Christi nomine simul & credimus largitate conferri*. quo loco patet Concilium per gratiam intelligere etiam fidem, aliàs eius discursus non subsisteret.

3. Ex Concilio Trid. sess. 6. cap. 5. dicente, *declarat praeterea, (scilicet Sancta Synodus) ipsius iustificationis exordium in adultis à Deo per Christum Iesum praeveniente gratia sumendum esse, hoc est, ab eius vocatione, quae nullis eorum existentibus meritis vocatur*. quo loco Concilium etiam agere de vocatione ad fidem & ad baptismum, patet ex sequentibus capitulis.

Prob. 3. ex Patribus: Ambros. in locum citatum ad Ephes. *omne donum gratiae Dei in Christo est, ut si quis spiritu Christo benedicti se à Deo putet, errare se sciat*.

Ex epistola 95. apud Aug. quae est Patrum Concilij Milevitani ad Innocentium Papam, qui cum toti sint ut Pelagius agnoscat aliam gratiam praeter ipsam naturam & liberum arbitrium gratis à Deo concessum, quam gratiam voluit esse ex Christi meritis, post medium epistolae dicunt: *ergo neque per legem iustitia, neque per naturae possibilitatem, sed ex fide & dono Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, unum mediatorem Dei & hominum*.

August. libr. de praedestinatione sanctorum cap. 2. *donatus quippe illi erat à Christo, non solum ut crederetur eum, verum etiam ut pateretur pro eo*. Idem Aug. qui totus est in commendanda gratia Dei, pluribus alijs locis docet fidem esse donum Dei per Christum. Plures Patres videri possunt apud Vasq. disp. citata cap. 2.

Prob. 4. ratione. excepta iustitia originali, Christus nobis restituit ea quae in Adamo amiseramus, & nobis meritis est omnia ad salutem necessaria; atqui omnes praedictas & similes dispositiones amiseramus, siue amiseramus iustitias habendij; ergo Christus eas restituit: restituit autem per suum meritum, siue illas promerendo; ergo est nobis promeritus omnes dispositiones ad gratiam, quibus salus inchoatur.

Confirm. 1. meritum Christi potuit sese extendere ad huiusmodi dispositiones cum fuerit infinitum; & illae ex parte sua possunt cadere sub merito: cum ergo id sit conformius scripturae & Patribus, dicendum Christum illas fuisse promeritum.

Confirm. 2. magna est perfectio quod Christus possit influere in ea, quae nondum sunt membra illi actu coniuncta; quae perfectio non excedit virtutem meritorum Christi, eorumque dignitatem; igitur talis influxus non est ei negandus, cum ex scriptura, Concilijs, & Patribus habeatur. Quomodo vero non omnes credant, licet Christus sit nobis promeritus fidem, explicabitur in sequentibus.

Ex dictis colligo si facienti quod in se est viribus naturae, Deus concedat gratiae auxilia, quibus ille paulatim promoveatur ad iustificationem, illa concedi ex Christi meritis: pius enim est existimare quod Christus tali sit promeritus auxilia quibus in negotio salutis adiuvetur.

Ad fundamentum prioris sententiae Resp. negando assumptum; & dico, merita Christi non eo

Araus. 2.

Trid. sess. 6. Iustificationis exordium ex Dei gratia per Christum.

51.

Prob. 3. ex Patribus. Ambros.

PP. Milen.

August.

52.

Prob. 4. ratione.

Christus nobis restituit ea quae per peccatum amiseramus, excepta iustitia originali.

Corollary.

53.

Ad fundamentum sententiae negatur.

solo

solo casu applicari, quo Deo perfecte coniungimur per gratiam habitualement, sed etiam omni eo, quo aliquid nobis conceditur intuitu meritorum Christi, quamvis eo non obstante simus adhuc inimici Dei: quia nihilominus per illud constituimur in via ad reconciliationem.

Obiectio 1. *Opponit Driedo 1. illud Ioannis 6. nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum.*

Resp. tractum Patris non opponi meritis Christi, sed viribus naturae; vult enim neminem ad eum per fidem posse venire, seu credere eum esse Messiam, sine Dei gratia; quam tamen gratiam non asserit hominibus dari sine suis meritis: & de cetero aliunde constat quod Christus illum tractum quo Pater per gratiam homines ad Christum trahit, sit promeritus.

54.

Obiectio 2. *Opponit 2. Augustinum lib. de praedestinatione sanctorum, cap. 15. dicentem, eam gratiam sit ab initio fides sua homo quicumque Christianus, quia gratia homo ille ab initio factus est Christus.*

Resp. nihil inde confici; nam Aug. solum vult quod quemadmodum Christus Incarnationem non meruit, ita nos non mereamur vocationem ad fidem & ad Christianismum: non vero vult quod huiusmodi vocationem ex meritis Christi non habeamus.

Obiectio 3. *Opponit 3. quod Christus non sit nobis promeritus ut consequeremur auxilia ordinis naturae.*

Resp. ut ita sit, non sequi quod non habeamus ex eius meritis ea quibus ad iustitiam promouemur. Adde si quae etiam ordinis naturalis in substantia nobis concedantur non ex generali providentia, sed ex speciali in ordine ad finem supernaturalem, illa etiam donari ex Christi merito.

Dices Christus solum nobis est promeritus ea quae Adamus per peccatum perdidit: ille autem non perdidit fidem.

Neglecta ea quaestione, num Adamus peccando fidem sibi amiserit, de quo utrimque sunt sententiae, Resp. negando maiorem, quia ad munus redemptoris pertinuit nobis restituere omnia quae Adamus nobis amiserat necessaria ad vitam aeternam: constat autem quod per peccatum Adami amiseramus fidem, seu ius ad illam, siue ille eam sibi perdidit, siue non.

Dices plurima ex dispositionibus enumeratis sunt actus liberi: ergo non proveniunt ex Christi merito.

Resp. neg. conseq. quia illi ipsi actus ut proveniunt a gratia excitante & adiuvante, sunt dona Dei ex Christi merito.

D V B I V M III.

Quenam alia dona gratia Christus sit nobis promeritus?

56.

Conclusio 1. *Meritis est nobis remissionem peccatorum omnium atque poenarum.*

Prob. ex cap. 1. ad Ephes. ubi dicitur: *Benedixit nos in omni benedictione spirituali in caelestibus in Christo.* quem locum superiori dubio expendimus.

Matth. 26. *Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Ad

Rom. 5. *sicut per unum delictum in omnes homines in condemnationem, sic et per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitae.* 1. Ioannis 2. *ipse est propitiarius pro peccatis nostris &c.* Apoc. 1. *Christus dicitur nos lavisse a peccatis nostris in sanguine suo.* His addi possunt multa scripturae, quae causam aduentus Christi docent esse deletionem peccatorum.

Ex his & similibus colligi potest Christum non solum nobis esse promeritum remissionem ipsarum culparum, sed etiam poenarum; cum earum remissio pertineat ad perfectam peccatorum remissionem.

Eadem conclusio patet ex Concilio Trid. sess. 6. cap. 7. ubi dicitur quod Christus sit causa meritoria nostrae iustificationis, quae requirit peccatorum remissionem.

Ratio est quod Christus venerit ad nos perfecte Deo reconciliandos, & ad ianuam caelestem nobis aperiendam: haec autem requirunt remissionem omnium quae recensuimus.

Dico 2. nobis etiam promeritum fuisse gratiam habitualement seu sanctificantem.

Probatur ex scripturis praecedenti conclusione citatis: similiter ex Trid. Nam iustificatio (cuius Christus ponitur causa meritoria loco citato) non consistit in sola remissione peccatorum, sed, de lege saltem ordinaria, requirit infusionem gratiae, per quam constituimur formaliter iusti & filij Dei. item ex cap. 16. eiusdem sessionis ubi dicitur quod iustitia per quam nobis inhaerentem iustificamur, a Deo nobis infundatur per Christi meritum, ubi

Notandum quod hanc iustificationem & peccatorum remissionem Christus, non solum in alio & remotè sit promeritus, scilicet in auxilijs praevenientibus & alijs dispositionibus, sed etiam in se: cum omnibus alijs positis posset Deus peccata non remittere, & gratiam habitualement non infundere. Unde haec non proveniunt nobis absque novo Dei beneficio, & nova benedictione quam Christus est promeritus.

Dices nostra iustificatio ad Rom. 4. tribuitur resurrectioni. *qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram:* Christus autem non meruit resurgendo, ergo nostra iustificatio non nititur eius meritis.

Resp. negando conseq. nam, omnis varijs applicationibus particulae, propter, quas videre licet apud Cornelium in hunc locum; per illam particulam non designatur quod resurrectio sit causa meritoria nostrae iustificationis, sed significatur quod ad hoc ut iustificemur, debeamus credere Christum resurrexisse.

Quadam autem applicatione remissio peccatorum tribuitur passioni, iustificatio autem resurrectioni; quia per passionem Christus pro nobis satisfecit, fides autem resurrectionis censetur peculiariter necessaria ut iustificemur, ut ostendit idem Apostolus 1. ad Cor. 15. nisi enim resurrexerit Christus, inanis est fides nostra de resurrectione: adde inanem spem nostram; si enim non resurgamus, concidit omnis spes beatitudinis & salutis.

Dico 3. meritum nobis etiam fuisse gloriam. Patet ex cap. 16. citato. adde promeritum gratiae & gloriae augmentum, quod patet ex sententia Apostoli ad Ephes. & potest colligi ex cap. 16. citato Trid. 3. promeritum auxilia praevenientia quibus iusti ad bona opera excitantur, adjuvantia quibus

Rom. 5.

1. Ioan. 2.

Apoc. 1.

Trid. sess. 6.

57.

Conclusio 1. Item gratiam sanctificantem.

Trid. sess. 6.

Replica.

Rom. 4.

Dilectio.

58.

Cur remissio peccatorum tribuitur passioni?

Cur remissio peccatorum tribuitur resurrectioni?

Cur remissio peccatorum tribuitur gratiae?

Cur remissio peccatorum tribuitur gloriae?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio praevenienti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio adiuvanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio conservanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio perfectanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio glorificanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio salutanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio beatitudinanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio salutanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio beatitudinanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio salutanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio beatitudinanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio salutanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio beatitudinanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio salutanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio beatitudinanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio salutanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio beatitudinanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio salutanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio beatitudinanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio salutanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio beatitudinanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio salutanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio beatitudinanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio salutanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio beatitudinanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio salutanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio beatitudinanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio salutanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio beatitudinanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio salutanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio beatitudinanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio salutanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio beatitudinanti?

Cur remissio peccatorum tribuitur auxilio salutanti?

cooperantur, & protegentia patet ex cap. citato Trident. & quamvis auxilia praeuenientia dicantur iustis debita ratione status, non desinunt cadere sub Christi merito, tum quia solum debentur quodam debito congruitatis, quia nimirum est consentaneum Deum largiri amicis auxilia, quibus si velint cooperari, possint gratiam receptam conservare & in Dei amicitia perseverare. quae congruitas non inducit propriam obligationem in Deo, tum quia ut strictè deberentur iustis, non ideo desinerent cadere sub Christi merito, quod etiam ad hoc se potest extendere ut Deus amicos suos non deserat priusquam ab eis deleatur, & ut teneatur iis auxilia praeuenientia concedere.

Dico 4. promeritum etiam fuisse nostram satisfactionem. vbi

Notandum id dupliciter posse intelligi. 1. quod nobis sit promeritus auxilia, quibus excitamur ad opera satisfactoria exercenda, similiter & auxilia adiuvantia. 2. quod nobis sit promeritus ipsam satisfactionem, seu ut ipsa opera ex eius gratia facta similiter & passiones essent reipsa satisfactoria, & ab aeterno Patre acceptarentur in satisfactionem penarum pro peccatis debitaram.

In hac conclusione dicimus Christum non solum priori modo promeritum nostram satisfactionem sed etiam posteriori: quod haberi potest ex Trident. sess. 14. cap. 8. dicente, neque vero ista nostra satisfactio haec quam pro peccatis nostris exolumus, non sit per Christum Iesum, &c. & post pauca; in quo satisfacimus facientes fructus dignos penitentiae, qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur Patri, & per illum acceptantur à Patre, ex quo habemus opera nostra satisfactoria ex Christo (id est ex Christi merito) vim suam habere, & intuitu meritorum Christi acceptari à Patre. videri potest caput 9. eiusdem sess.

Nec refert quod illa opera à iustis exercita vim quandam intrinsecam habeant ad satisfaciendum: quia nihilominus iusti per illa non satisfacerent reipsa, nisi accederet acceptatio Dei, quae Deus illa in satisfactionem pro peccatis acceptaret; quae acceptatio sit intuitu meritorum Christi.

Dico 5. Christum etiam dici posse meritum nobis ipsum nostrum meritum; non solum quia est promeritus gratias praeuenientes, adiuuantes, imo & habituales; seu, non solum quia est meritum ipsas rationes meriti, sed quia ipsummet meritum in se sit promeritus; seu, ut ipsa opera supernaturalia iustorum reipsa essent apud Deum meritoria. Quamvis enim opera supernaturalia iustorum sint condigna premio supernaturali; tamen Deum non possent obligare nisi huiusmodi premium reipsa promississet: haec autem promissio facta est intuitu meritorum Christi, in quo meremur, ut ait Trid. cap. 8. citato sess. 14. ita ut nostra opera ex illo habeant vim merendi. videri etiam potest sess. 6. cap. 6.

Queri verò potest num nostris bonis operibus in gratia factis reddatur amplior merces propter meritum Christi quam alioquin foret reddenda? v. g. an bonum supernaturale quod omnibus spectatis mereatur quatuor gradus gratiae in statu innocentiae, recipiat iam maiorem gratiam eo quod sit viuum Christi membrum per fidem & charitatem ipsi unitum, Christo merente istud augmentum supra conditionem operis.

Aliqui affirmant, quod probant ex illo Ioan. 10. ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant. & ex cap. 16. sess. 6. Concilij Trident. Iuxta quos etiam nostris satisfactionibus in gratia praestitis maior venia seu poenae remissio conceditur, quam aliis eis secundum se responderet. Quae sententia est probabilis & pia: quam tenet Becanus de incarnatione cap. 14. q. 12. num. 5. Suarez disp. 41. sect. 3. §. tertio addi potest: & fusiùs tomo 3. de gratia lib. 12. cap. 19. num. 7. & sequentibus, pro qua plures citat.

Alijs tamen videtur, quod nostra opera non reddantur efficaciora ad merendum, quam si fierent ex gratia collata sine intuitu ad Christi meritum. videri potest Vasquez disp. 9. cap. 5. num. 49. quae sententia videtur probabilior: cum enim Christus in nostra opera non aliter influat quam modis à nobis explicatis; non videtur aliter illis suum meritum applicare, quam iuxta eam proportionem dignitatis quam haberent si non inniterentur eius meritis, sed acceptarentur à Deo ex sola ipsius voluntate.

Neque priori sententiae fauet locus Ioannis citatus, quia Christus ibi non vult nos propter eius merita vitam, id est, gratiam & gloriam maiorem recepturos, quam mereantur opera ipsa ex eius gratia facta, sed quod nobis promeritus sit frequentiora & praestantiora gratiae auxilia, quibus si cor respondeamus, exercebimus praestantiores virtutum actus, & ita gratiam maiorem consequemur.

Non videtur etiam fauere Trident. loco citato; cum inde solum colligi possit nostris operibus reddendum premium ex Christi meritis, iuxta proportionem influxus quem praebet in illa opera; non autem colligatur quod ex meritis Christi, premium sit illis reddendum ultra huiusmodi proportionem. Vnde non habetur quod acceptentur ad maius premium quam sit illud quod possent consequi si acceptarentur à Deo absque interuentu meritorum Christi: neque id videntur concludere rationes adductae à Suarez loco citato de gratia, si bene perpendantur.

Aduerte Christum non solum meritum esse dona his conclusionibus explicata ijs qui eius aduentum sunt subsecuti, sed etiam ijs qui eum praecesserunt, v. g. in antiquo testamento; quia post peccatum originale nullus gratiam ullam vel donum supernaturale est consecutus absque ordine ad Christi meritum. idem dicendum de perseverantia, de qua concl. 7.

Dico 6. Christus est etiam nobis meritus applicationem Sacramentorum, & similiter ut per illa ipsius merita nobis applicentur, cum illa sint quaedam vasa gratiae, quibus Deo reconciliamur & unimur.

Dico 7. similiter est promeritus perseverantiam: quia illa consistit in quadam serie gratiarum; quibus infallibiliter dirigimur ad vitam aeternam; quod totum Christus est promeritus.

Difficultas est quomodo Christus illa omnia sit promeritus, cum non omnes credant, agant poenitentiam, consequantur remissionem peccatorum, iustificentur, perseverent in gratia: si enim haec & similia sit nobis promeritus, videntur debere vnicuique concedi; alioquin videretur Christo fieri iniuria.

Resp. optime haec consistere, quia neque Christus voluit, neque sua merita obtulit ut illa immedie

Affirmant quidam. Becan. Suarez.

Negatiua praeretur. Vasquez.

63.

Explicatur locus Ioan. 10.

64.

Conclus. 6. Meritus est nobis applicatione Sacramentorum.

Conclus. 7. Et denique perseverantiam.

65. Difficultas.

Resp. Christus sua merita

non obtu-
lit, ut illa ab-
soluere ho-
minibus con-
ferren-
tur &c.

Christus in
cōcessione
gratiarum
seruari vo-
luit com-
munē pro-
videntiā
cursum.

66.
Coroll. 1.

diate & absolute hominibus conferrentur, nullā
Propter conditione ex eorum parte requisitā, sed
iustis de causis certas exegit conditiones, voluit
seruari ordinem diuinę providentię, homines suę
libertati relinquere, &c. cum ergo hæc & similia
exegerit, mirum non est si non omnes conse-
quantur remissionem peccatorum vel gratiam, si
non omnes saluentur, & quidem absque vlla in
Christum iniuria.

Notandum ergo quod licet Christus abunde sa-
tisfecerit pro toto genere humano, non tantum
quia obtulit pretium sufficientissimum, sed etiam
quia ex parte sua omnium salutem sincerē deside-
rauit, & ut eius merita omnibus prodesse: ni-
hilominus seruari voluerit voluntatem Patris &
communem providentię cursum, iuxta quem
Deus concedit gratias prout vult; noluerit etiam
rerum ordinem communiter immutare, & liberta-
tem causarum secundarum impedire.

Ex his facile patet. 1. quia ratione cum ijs qua
diximus his dubijs consistat, quod non omnes gra-
tiam sanctificantem recipiant & peccatorum rem-
issionem consequantur: quia ut sua merita ad
hos fines applicarentur, exegit vel ut per proprios
actus legitime disponeremur, v. g. per contriti-
onem perfectam, vel amorem Dei super omnia, vel
saltem Sacramēta debite reciperemus iuxta cuius-
que Sacramēti conditionem; unde si quis vel suā
negligentiā neutrum præster, vel aliorum defectu
aut propter aliquod impedimentum ex parte cau-
sarum naturalium Sacramentum non recipiat, non
consequetur remissionem peccatorum, gratiam
sanctificantem non recipiet. Idem proportionem di-
cendum de remissione poenarum, de augmento
gratię & alijs, quæ non consequimur vel absque
nostra cooperatione & dispositione, vel absque Sa-
cramēti receptione.

Similiter censendum est Christum promeritum
ut gratię præuenientes conferrentur seruatō ordi-
ne diuinę providentię, & seruatō rerum cursu. ne-
que enim applicauit sua merita ut illa confer-
rentur ebrijs, amentibus, infantibus, sed ratio-
ne ventibus secundum variarum occasionum exi-
gentiam.

Secundum.
Est omni-
bus suffi-
ciēter pro-
meritus
gratiam sa-
ctificantē,
non autem
efficaciter.
Tertium.

Patet 2. quod licet Christus sit omnibus suffi-
cienter promeritus gratiam sanctificantem &c.
non sit omnibus promeritus efficaciter, sed tan-
tum ijs quibus huiusmodi beneficia reipsā confe-
runtur.

Patet 3. quod ad hoc ut Christus dicatur, & sit
promeritus huiusmodi dona, non sit necesse con-
cipere eum communiter prius mereri ut Deus
huic vel illi talem vel talem gratiam conferat,
quā Deum velle illam conferre, sed quod suffi-
ciat, quod videns Deum talem vel talem gra-
tiam huic vel illi concessurum id ipsum desiderauit,
& ad hoc suum meritum retulerit.

Videtur
quibusdam
quædam
meritus,
præter co-
munē cur-
sum.

Dixi, non esse necesse concipere eum communiter prius
mereri, &c. quia verisimile est quod quibusdam
meritus sit peculiaria dona præter communem re-
rum cursum, & antequam Deus conciperetur vo-
luisse ea dona conferre; ut, quod quibusdam sit
meritus peculiare gratias; item, ut aliqui mi-
raculosē nascerentur, sanarentur, conuerteren-
tur. Videtur etiam Apostolis meritis vocatio-
nem, antequam Deus conciperetur illos velle
vocare; item eximia gratiæ dona: consimili mo-
do videtur meritis Sacramentorum institutio-
nem & efficaciam. Pro cuius rei ampliori intel-
ligentiā

68.

Notandum quod Deus post peccatum origi-
nale præuissum, genus humanum ex sincero affe-
ctu rursus voluerit in viam salutis reducere, ei-
que de redemptore providere, & decreuerit Filium
in mundum mittere, tum ut satisfaceret pro pec-
cato generis humani; tum ut reliqua ad salutem
necessaria posset promereri; ita ut nihil vellent
hominibus conferre sine intuitu ad Christi me-
rita: postmodum præuiderit Christi merita, dein-
de propter illa voluerit seruatō ordine suę pro-
videntię & cursu causarum secundarum, nec-
non libertate humana, huic vel illi talem gra-
tiam conferre ad quam collationem gratiæ in par-
ticulari Christus sua merita retulerit; ita ut com-
muniter (iuxta supra dicta) non sit prius Chri-
stum huic vel illi in particulari mereri hanc vel
illam gratiam, quā Patrem æternum illam vel
ille dare propter merita eiusdem; sed hæc appli-
catio meritorum facta à Christo, sit ratione pos-
terior huiusmodi voluntate Patris, & supposita
illa voluntate Christus referat sua merita ad
hunc in particulari: quo modo dici potest mereri
meritorum suorum applicationem.

Ex dictis tum his dubijs tum quæst. 2. facile pa-
ter, Christum non esse meritum prædestinationem
omnium eorum quæ ad nostram salutem requi-
runtur; cum enim non sit meritis suam Incar-
nationem sine qua non fuit eius meritum, conse-
quens est quod non sit meritis prædestinationem
eiusdem.

Quoad alia dicendum quod sit meritis præde-
stinationem omnium beneficiorum de quibus
superioribus dubijs egimus: quod satis colligi-
tur ex Apostolo ad Ephes. 1. qui benedixit nos in om-
ni benedictione spiritali in celestibus in Christo, sicut
elegit nos in ipso ante mundi constitutionem ut essemus
sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, qui
prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Chri-
stum in ipsum, videri etiam potest caput 1. epistolæ
2. ad Timoth.

Ex quibus deducitur quod promeritus sit præ-
destinationem eorum quibus dantur gratiæ cum
quibus præuidentur saluandi, quia ex loco ad Ephe-
sios potest colligi quod eorum sit promeritus præ-
destinationem quorum in tempore est promeritus
collationem.

Petes an Christus sit meritis voluntatem quā
Deus decreuit aliquos saluare.

Medina hic versus finem negat; sed potest sine
vullo periculo concedi; nec videtur solide dici posse
quod Christus sit meritis nostram prædestinationem
(quod docet Medina hic ad 2. q. 6.) & tamen
non sit meritis hanc voluntatem; cum prædesti-
natio, præter præscientiam in Deo, solum addat
voluntatem conferendi ea ad quæ dicitur præde-
stinare; ergo qui potest dici causa prædestinatio-
nis, potest dici aliquo modo causa istius volun-
tatis, non quidem quoad existentiam (cum enim
sit ipse Deus secundum se non potest habere cau-
sam) sed quoad terminationem, seu ut respiciat
tale vel tale obiectum.



QVÆSTIO